

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 9043

**Auteur(s) :** Richard III, Avranches (évêque)

**Bénéficiaire(s) :** Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1170-1182]

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Richard évêque d'Avranches fait connaître l'accord conclu entre Savigny et Vital de La Vache à propos d'une vigne que Vital et sa femme Bonne avaient donnée à Savigny à la condition qu'ils en garderaient leur vie durant la moitié du revenu. A la mort de Bonne, les moines avaient affirmé que sa part, c'est-à-dire un quart de la vigne, leur appartenait, ce que Vital avait contesté. Vital donne la totalité de la vigne à Savigny par l'intermédiaire de l'évêque d'Avranches et promet de faire la moitié du travail de la vigne en tant que serviteur des moines. Les moines donneront à Vital le vin de la moitié de la vigne, que Vital recevra non comme sa propriété mais comme un don libre des moines.

## Tableau de la tradition

### Copies manuscrites

*D.* Paris, BnF, n. a. lat. 1022, n° 42, p. 52-54. Copie du XIXe siècle

## Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Abrincensi, n° XLII)

Richard III, évêque d'Avranches, 1170-1182. Cf. Roger, chantre d'Avranches, avant 1171- vers 1191.

### Texte d'après D

Universis sancte matris Ecclesie filiis Ricardus Dei gratia Abrincensis episcopus et ecclesie Abrincensis capitulum salutem. Controversiam inter abbatem Savigneii et Vitalem cognomine Vacca pro quadam vinea et ejusdem controversie pacificationem scripto presenti ad noticiam futurorum transmittimus ut concordia inter eos reformata nullius possit improbitate disspari. Notum itaque sit universis quod dictus Vitalis et uxor ejus nomine Bona quamdam vineam suam cum modica terra ei adjacente monachis in perpetuam elemosinam dederunt, hac conditione ut ejusdem vinee frustum dimidium haberent Vitalis et uxor ejus Bona quandiu viverent et monachi dimidium ; post mortem vero Vitalis et Bone tota vinea cum fructibus ejus monachorum esset. Hanc autem donationem concessit Guillelmus Males dominus fundi et Emma uxor ejus et Joana soror Emme et filii earum in capitulo Abrincensi. Ob quam concessionem habuerunt de caritate Savigneii XLV solidos cenomannensium. Cum autem supradicta uxor Vitalis mortua esset, partem illam vinee, scilicet quartam partem, que ad ipsam videbatur pertinere monachi suam esse dicebant per antiquam donationem. Vitalis autem contradicebat, unde inter eos controversia erat que bonorum virorum arbitrio et consilio ita terminata est : Vitalis in manu nostra totam vineam posuit, et per nos ipsam monachis ab omni reclamatione sua et omnium ad se pertinentium liberam et quietam dedit et concessit, et se dimidium opus vinee promisit perficere in omnibus, non ut dominus sed ut famulus monachorum,

et dimidium censum suem reddere solebat per monachos deinceps reddi concessit. Monachi vero concesserunt quod Vitali tantum de suo vino darent quantum haberent de dimidio vinee sepedicte per totam vitam suam, ita tamen quod Vitalis vinum acciperet non tanquam ex sua possessione sed tanquam ex libera monachorum donatione. Hoc partum se servatutrum in manu nostra Vitalis affidavit. Ut autem conventio ista in perpetuum inconcussa permaneat, scripto presenti notata est et sigillis nostris munita. Testibus his Rogero precentore Abrincensi, Guillelmo thesaurario, magistro Erneisio, Gisleberto archidiacono, magistro Alano, Gaufrido Duredent, Gaufrido filio Ozane, Rogero Rufo, Gilleberto Fulquet, Guillelmo Campione, Gislino filio Ade, Roberto Fenier, Roberto Le Chat, Roberto Isembart, Petro filio Radulfi.